

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Practicae Novae Imperialis Saxonicae Rerum Criminalium Pars ...

Quaestionum fere universarum in materia cuiusque generis homicidiorum,
fractae pacis publicae, laesae Majestatis ... falsificationis monetarum,
blasphemiarum, periurii & sortilegiorum ... decisiones absolutas ...
exhibens

Carpzov, Benedict

Wittebergae, 1670

Quaestio IX.

[urn:nbn:de:bsz:31-127726](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127726)

derat; versus *Dolgsberg* / Ad requisitionem
Quistoru. Mense Septembr. Anno 1605.

41. Et quando *G. H.* interfecerat socrum suam, foemina septuagenariam, capite eum propterea pleclendum esse, pronunciarunt Domini, versus *Pausam* / Ad requisitionem *Præfæti. Mens. Jul. Anno 1607.*
42. Quæ pœna etiam indicta fuit *H. T.* qui vitricum suum cultro transfoderat. Ad consultationem *Senatus Sangerhusani, M. Decembr. Anno 1595.*
43. Neque contrarium evincitur ex argumentis supra adductis. Quantum enim ad *l. 1. ff. ad Leg. Pompei de parricid.* nihil aliud ex ea probatur, quàm quod Vitricum, Novercam, Socrum & Socrum occidens parricidii crimen committat, cui tamen propterea non statim culci pœna imponenda erit, quod neutiquam ibidem asseritur, nisi quis dicere vellet, eadem pariter pœna pleclendum esse eum, qui fratrem, sororem, patrum, avunculum &c. necat, cujus etiam mentio fit in *d. l. 1.* quod tamen absurdum esset, & contra *l. p. §. 1. ff. cod. tit. Constitut. Elect. 3. in fin. part. 4.* Imò occidentem Vitricum, Socrum &c. pœna teneri *Legis Corneliae de sicariis*, expressissimè dicitur in *d. l. 1. ff. ad Leg. Pomp. de parricid.*
44. Similiter non obest §. alia deinde *lex. 6. Instit. de publ. judic.* Ille siquidem textus ad verbum ferè descriptus & transpositus est, ex *l. un. C. de his qui par. vel lib. occid.* in qua non vox affinitatis, sed affectionis habetur, unde manifestum reddi-

tur; deleto ibidem verbo *affinitatis*, substitutendam esse voculam *affectionis*: ut sensus sit, eum tantummodò gravissimo illo parricidii supplicio teneri, qui verum parentem occiderit, non etiam hunc, qui parentis loco habetur.

Deniq; concedi potest, Vitricum, Novercam, 45
 Socrum & Socrum loco parentum esse, eorūq; nomine contineri, sed hoc fit, minus propriè: verè enim parentes non sunt, sed solùm affines *l. 4. §. 5. & seqq. l. 10. §. 8. & seq. ff. de grad. & affin. & loco parentum habentur*: In atrocissimis autem pœnis extra proprietatem verborum extensio faciendâ non est, *l. interpretatione. 12. ff. de pœnis l. 1. §. 20. vers. in re igitur dubia. ff. de exerc. act. cap. odia. de Regul. jur. in 610.*

Hæc autem licèt regulariter & per se verissi- 46
 ma sint, si tamen qualitates & circumstantiæ occurrerent, quibus iudex commotus graviolem pœnam ob parricidium in vitricum, locerum, vel socrum commissum adjudicandam existimet, certè non valdè repugnarem: Ob enormitatem enim delicti iudex pro suo arbitrio pœnam aggravare potest. *l. hodie ubi Bartol ff. de pœn. Petr. à Plach. in epit. delict. cap. 33. n. 5. Blanc. in pra. crim. §. postquam vidimus. n. 77. Gail. de pac. publ. lib. 2. cap. 9. n. 22.*

Quemadmodum etiam Scabini Rota supplicium 47
 decernere non dubitaverunt cum *M. S. unâ cum fratre vitricum suum* horribili modo trucidaverat. An *Philipp. Spiegelin zu Grunhâttin. Mens. Feb. Anno 1610.*

QUÆSTIO IX.

De pœnâ infanticidii.

SUMMARIA.

1. Quondam parentes jus vita neciq; in filios habebant.
 2. Patria potestas in pietate, non atrocitate consistere debet.
 3. Pœna infanticidii quanam. n. 4.
 5. An hac irroganda sit parentibus spurios seu liberos naturales occidentibus. n. 6.
 7. Proles naturalis quoad naturale fœdus pro legitima habetur.
 8. Responsa Scabinorum Lipsensium.
 9. Quâ pœnâ pleclendus parens prolem ex scorto publico procreatam occidens.
 10. Sententia Scabinorum Lipsensium.
 11. Pœna infanticidii in liberu adulterinis vel incestuosis commissi. n. 12. 14. 15. 16. 18. 20.
 13. Pœnales sanctiones non sunt extendendæ.
 17. Inter patrem & filium adulterinum naturale vinculum extat. n. 18. 19.
 21. Sententia Scabinorum Lipsensium. numer. 22. 23. 24.
 25. An matres quoque liberos occidentes pœnâ culci pleclenda sint. n. 26. 27.
 28. Quomodo hoc casu imprægnator puniendus.
- SECUNDVS CASVS EST,
 Quando parentes liberos occidunt: Quamvis enim parentibus quondam in filios non minus quàm dominis in servos jus vitæ, necisque
29. Sententia Scabinorum Lipsensium. n. 30. 31. 33.
 34. Pater & mater simul infantem occidentes.
 35. Delinquentes plures tenentur in solidum.
 36. Sententia Scabinorum Lipsensium. n. 37.
 38. Nobiles an huic pœna exempti sint. n. 39. 40.
 41. Sententia Scabinorum Lipsensium.
 42. Avus & avia Culci quoq; pœnam incurrunt ob infanticidium in nepotibus commissum, num. 43. 44.
 45. Sententia Scabinorum Lipsensium.
 46. Varii referuntur modi, quibus hoc seculo nefando meretrices infantulos necare solent, adjectis semper præiudiciis Scabinorum Lipsensium. n. 47.
 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61.
 62. Quæ sit pœna parentum occidentium Generum, Nurum, Privignum, vel Privignam, num. 63. 65. 67.
 64. Parentum & liberorum appellatione Vitricus, Noverca, & Privigni, propriè non comprehenduntur.
 66. Absq; lege nil temerè est asseverandum.
 10. Sententia Scabinorum Lipsensium. n. 69. 70.
- competit *l. in suis in fin. ff. de liber. & posth. l. fin. C. de patr. potest.* Vnde fortassis motus *Jacob. Menoch.* existimat, pœna ordinaria parricidii parentes liberos necantes non teneri, sed gladi-

dio solum modo plecti debere, *lib. 2. arbitr. judic. quest. cent. 4. cas. 356. n. 48.*

2 Attamen, quia patria potestas non in atrocitate sed pietate consistere debet, ut inquit Martian. in *l. divus ff. ad L. Pompei. de parricid.* idem jus istud summum est sublatum, & indicta pœna parentibus qui filios necant, *l. 1. ff. eod.* Nimirum hæc, ut cum quatuor animalibus culeo infuantur & in flumen projiciantur, vel si regionis qualitas non tulerit, ut quod mare aut flumen proximum desit, supplicio Rotæ afficiantur. *l. un. C. de his qui parent. vel liber. occid. § alia deinde lex. 6. Institut. de publ. jud. Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 9. cap. 8. num. 2. Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. cap. 22. num. 3 & 24. Iodoc. Dambouder. in prax. crim. cap. 87. num. 1. Prosper. Farinac. part. 5. prax. crim. quest. 120. n. 106. Jul. Clar. libr. 5. sent. § parricidium. n. 1. Anton. Gomez. de delictis cap. 3. num. 3.*

4 Idque etiam clarè dispositum in Const. Elector. 3. part. 4. in verbis, *Da es si hinfüro begehre/das die Eltern ihre Kinder &c.* ubi *Daniel. Moller. & Berlich part. 4. concl. 7. n. 69. Gloss. in Landrecht lib. 2. art. 14. num. 6. verb. bringet man aber/vers. oder ihre eigene Kinder tödten. Auth. Consult. Constit. Saxon. tom. 1. part. 4. quest. 17. num. 1. & seq. & tom. 2. part. 4. quest. 46.* Secundum quam constitutionem quotidie pronunciari, & nefandis parentibus liberos suos necantibus pœnam Culei dictari, compertum habemus.

Quod ipsum multis modis ampliatur, ut videre est apud Farinac. *dict. quest. 120. part. 5. prax. crim. Matth. Berlich. dict. concl. 6. num. 72. & seqq. Part. 4. Tiber. Decian. dict. lib. 9. cap. 8. aliosque Dd. supra allegatos.* Præcipua tamen hujus assertio- nis ampliationes, quæ in dubium vocare solent, hæc sunt:

5 Prima est: Ut pœnâ culei ceu parricidii ordinariâ afficiantur quoque parentes occidentes liberos naturales seu spurios, inter quos hodie hæc in terris, ubi concubinatus non toleratur, nulla ferè differentia est, *Salyet. in l. un. C. qui par. vel liber. occid. Iohan. Faber. in §. alia. num. 1. vers. sed nunquid. Inst. de publ. judic. Angel. de malef. in verb. & ex intervallo. num. 17. Carrer. in pract. crim. in 3. tract. de homicid. & assassin. §. 9. n. 13. & 14. Anton. Gomez. de delict. cap. 3. rubr. de homicid. n. 3. Petr. à Plach. in epitom. delictor. lib. 1. cap. 22. n. 4 & 12. Farin. dict. quest. 120. n. 110. Berlich. dict. concl. 6. n. 75. 76. Virgil. Pinzitz. quest. 44. n. 13. Jul. Clar. in dict. §. parricidium. n. 2. Decian. dict. lib. 9. cap. 8. n. 8.*

6 Hæc opinio à Doctoribus communiter recepta est, teste Petro à Plach. *dict. cap. 22. num. 12.* & præcipue hæc nititur ratione, quod in crimine parricidii violetur quasi ipsa natura vel potius amor parentum naturalis erga liberos; Natura autem inter liberos legitimos & naturales non distinguit. *§. si quis v. rō non habens, in Auth. quib. mod. nat. eff. legit. l. adoptivus. §. serviles. vers. unde nec vulgo ff. de rit. nuptiar. Decian. dict. cap. 8. num. 8.*

7 Hinc prolem naturalem quoad naturale factus haberi pro legitima, dicit Petr. de Anchara. *conf. 225. col. pen.* & sicut natura non distinguit

legitimum à naturali, pariter neque amorem patris debere distinguere, tradit Bald. in *cap. qua in Ecclesiarum. col. f. de Constitut. & in l. cum acutissimi. col. 2. vers. quæro quid si per statutum. C. de fidei om.*

Eamq. opinionem quotidie sequuntur Scabini E. 8 lect. in pronunciando; Prout responderunt VVolf- gango Alberto à Scheinitz in Dahlen 1 Mens. Febr. Anno 1583.

Quætori in Scida! Mens. Maii, Anno 1592. Iudici oppidano Bornensi, Mens. April. Anno 1623.

Quod tamen eatenus verum esse arbitror, si 9 certò constet, interfectorem fuisse patrem occisi. Quando verò de hoc dubitatur, veluti si mater sit scortum publicum, quæ pluribus copiam sui fecit, isq; qui parens perhibetur, & infantem occidit, hoc ipsum neget, dicens, se quidem meretricem carnaliter cognovisse. eam tamen ab aliis, qui cum ipsa pariter concubuerunt, imprægnatam fuisse, aut certè ipsemet ignoret an sit parens; Hoc sanè casu ceu in dubio parricidii pœna locum non habet, sed occisor pœnâ gladii plectendus est: Etenim quia incertus est pater, parricidium quoque incertum est, adeoque & pœna parricidii cessat, neque spurius videtur occisus à patre, sed ab extraneo, juxta tradita Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. quest. libr. 2. cent. 4. cas. 356. n. 16. in addit.*

Et ita pronunciarunt Scabini in casu, quo O. L. 10 infantem ex scorto pu- lico procreatum occiderat: So möchte er wegen begangenen Ehebruchs vund Mordthat/nach Gelegenheit dñsfalls / vnd in Ansehung / das sie B. W. eine gemeine Bettel / vnd also ungewiß / ob er der Vatter zum Kinde sey / mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gestrafft werden / Versus Brunhain / An Schöffner / Mens. Jul. Anno 1593.

Secundò ampliatur in patre filium incestuo- 11 sum vel ex adulterino & damnato coitu natum interficiente; quod tamen primo intuitu extra dubium non est, Eiusmodi enim parentem, qui partum adulterinum vel incestuosum necat, non pœna culei, sed amputatione capitis plectendum esse arbitratur Virgil. Pingitz. *quest. 44. n. 18 & seqq.* ubi refert Ienenses pœnam gladii ad judicalem alicui Sacerdoti pagano, qui ancillam cum infante suo adulterino recens nato in flumen præcipitaverat, matre quidem evadente salva & incolumi, infante verò aquis submerso. Eamque sententiam Iuri consentaneam fuisse, duplici argumento probare conatur.

Primò inquit, parricidium tantum com- 12 mittitur in iis personis, quæ consanguinitate & necessitudine sunt invicem conjunctæ *l. 1. l. 3. l. p. & tot. tit. ff. ad Leg. Pompei. de Parricid. l. un. C. de his qui par. vel liber. occid.* Atqui secundum Doctorum sententiam communem, in liberis natis ex damnato coitu, nulla coniunctionis ratio habetur, nec ullum jus necessitudinis, quod de Iure Civili sortiatur effectum, attenditur, sed prorsus hi alieni habentur. *Auth. ex complexu. C. de incest. nupt.* Hinc Iure Civili spurii ne Naturalium quidem liberorum nomine digni judicantur, *de Auth. ex complexu. & Nov. 89. cap. ult.* neque alendi sunt, neque ad sacros ordines ad- mitteren-

Q. II.
Quid iuris
in occisore
patre ne-
cante pro-
lem ex pu-
blico scorto
procreantem?

Q. III.
Quomodo
puniendi
parentes
liberos in-
cestuosos
& adu-
lterinos occi-
dentes?

mittendi sed simpliciter repellendi, tanquam infames & integritatis nota laborantes, *Hartman. Pistor. lib. 1. quæst. 42.* Si ergo nomen patricidii in spurio & adulterino filio non cadit, neque poenam patricidii merebitur, parens occidens talem detestabilem nothum. *l. 1. §. 1. ff. ad Senatusconsultum Turpill.*

13 Secundò: Pœnales sanctiones in iis tantummodò casibus recipiendæ sunt, quorum expressa in legibus fit mentio; neque enim pœna gravior alicui imponi debet, nisi in casibus iure expressis. *l. at si quis vers. Divus autem Mar. ff. de relig. & sum. funer.* Cum ergo nulla Constitutio, neque lex reperitur, quæ poenam patricidii imposuerit occidenti spurium suum proprium adulterinum, iudici certè extra fines & trames sine autoritate legis evagari non licet, sed pœnis legibus contentis esse debet, *l. si ita stipulando. 19. ff. de verb. obligat.* Eaque propter & pœnæ persecutio sit non iudicis voluntati mandata, sed legis autoritati reservata. *l. 1. §. sed non utique vers. & quamvis. ff. ad Senatusconsultum Turpill. l. a iud fraud. est. 131. vers. & multa quidem. ff. de verb. sign.*

14 Præterea hæc opinio magno Doctorum calculo recepta est. *Iason. in l. pœnales n. 6. instit. de action. Imol. in l. Lucius §. fin. ff. de legat. 2. Prosper. Farin. part. 3. crim. prax. quæst. 110. n. 159. 160. 161. Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 9. c. 15. n. 30. Iacob. Menoch. de arbit. iudic. quæst. libr. 2. cent. 4. cas. 356. n. 23. vers. altera fuit opinio in add. Carier. in pract. crim. in 3. tract. de homicid. & assass. §. 9. quæro, n. 29. Corrad. in pract. rubr. de parricid. n. 6.*

15 Rectius tamen meo iudicio existimat Daniel. Moller. ad Constit. Elector. 3. part. 4. nu. 20. parentem ex adulterino & damnato coitu filium procreatum necantem, pœna culci ordinariæ æquè plectendum esse, ac eum qui filium naturalem & legitimum occidit. Idemque asserunt *Alexand. in l. ex facto. §. si quis rogatus. n. 43. ff. ad Trebell. & ibidem R. a. in fin. Fortun. Garz. in tract. de ult. fin. iur. Civil. Canon. n. 121. Diac. Covarr. in epit. de sponsal. in 2. part. cap. 8. §. 2. Matth. Berlich. diel. concl. 6. n. 77.*

16 Cujus assertio ratio hæc est, quod in pœnâ patricidii consideretur tantùm substantia parentum & liberorum seu filiationis, non qualitas, *Iul. Clar. in §. parricid. um. num. 2.* Filii autem adulterini & ex coitu nefando ac incestuoso procreati naturaliter æquè liberi sunt, & ita appellantur in libro *Sapient. Salom. cap. 3. vers. 16.*

17 *cap. 4. vers. 6.* Neque enim natura inter liberos differentiam facit, *Nov. 74. cap. 1. Nov. 89. cap. 9.* extatque inter patrem & filium adulterinum naturale vinculum, quod sanguinis & cognationis dicitur, ut inquit gloss. *ult. §. fin. al. Institut. de legit. agnat. success.* quam secuti sunt ibidem *Interpp. Ruy. conf. 9. n. 3. lib. 4.*

18 Quinimò, semen ipsum ex quocunq; homine sit, Dei opus esse perhibetur, & undecunque homines nascantur, si parentum vitia non sectentur & Deum rectè colant, honesti sunt, *cap. undecunq; dist. 56.* Unde erga spurios quosvis omne officii & charitatis genus exercendum esse videtur, *cap. pascite cap. non satis cap. est probanda. dist. 86.* Hinc monialem quandam, quæ filium

suum occiderat, combustam fuisse, ex *Bald. in cap. naturales. 2. si de feudo fuer. contr. refert. Iul. Clar. in §. parricidium. n. 3.*

Ex quibus apparet argumenta *Pingizeri*, tanti ponderis non esse, ut hanc opinionem evertere queant. Ad primum namque respondeo, negando liberos ex coitu nefando & adulterino procreatos sanguine & cognatione parentibus suis conjunctos non esse; Contrarium namque demonstratum est ex gloss. *§. Institut. de legit. agn. success. & Ruy. conf. 9. n. 3. lib. 4.* Et quamvis liberi adulterini & incestuosi neque pro naturalibus habeantur, nec ad iactos ordines admittantur, sed prorsus alieni & infames reputentur, hoc tamen solummodò verum esse quoad effectum Juris Civilis, *de Novell. 89. cap. f. 2. vel 74. cap. f. Auth. ex complexu. C. de incest. nupt.* secundum naturam autem & sanguinem, qui solum in patricidii pœnâ consideratur, revera sunt liberi. *undecunq; dist. 56.*

Pariter nec obstat alterum *Pingiz.* argumentum Quamvis enim pœna patricidii in parentes liberos adulterinos occidentes, nullibi expressis verbis constituta reperitur, haud obscure tamen hoc supplicium probatur ex *l. un. C. de his qui parent. vel lib. occider. Constit. Elector. 3. part. 4.* qui textus generaliter loquuntur de liberis, adeoque & de liberis adulterinis & incestuosis, qui secundum naturam & sanguinem, qui in crimine patricidii consideratur, non minus liberi sunt ac naturales & legitimi. Alias sane nec parentes filios naturales necantes pœna culci tenerentur, nam nec de hisce pœnales sanctiones expressis verbis loquuntur, quod tamen ipsemet *Pingiz.* asserit *diel. quæst. 44. n. 13.*

Et juxta prædictam Mollerii sententiam Scabini Elector. pronun. iare solent. Respondentes ita Quæstori Torgensi: Danun C. a S. vff seinen gethanen betändnüss für öffentlichen gehägten peinlichen Halsgerichte xrenwillig verharren. oder deß sonsten wie recht überwießen würde / So möchte er von wegen der an seinem Kinde / so er mit N. N. in Ehebruch erzeüget / begangnen vnd betandten Mordthat / zusamt einem Hund / Hahn / Schlangen / vnd einer Kagen / an statt eines Affen / in einen Sack gesteckt / ins Wasser geworffen vnd getrencket werden B. N. 23. Mens. Maii. Anno 1617.

Et in casu simili Quæstori Sangerhusano, Mens. 22. Octob. Anno 1598.

Quæstori in Rottenburgk! M. Mart. An. 1624. 23. Sic & pœna culci. vel Rota, deficiente flumine, dist. 24.

Etat. fuit G. E. à VV. qui infantem ex incestu cum patris sui filia procreatum in c'oacum projecerat.

Quæstori VVeiensi, M. Octob. Anno 1597.

Tertio: Ampliatur supradicta assertio in Matre infantulum seu partum occidente. Quavis enim Nonnulli existiment, quod matres infantes proprios post partum occidentes vel suffocantes, solum decapitari, aut furcis suspendi vel concremari debeant. *Iul. Clar. libr. 5. sit exempl. sentent. in §. parricidium, num. f. Ludov. Carrer. in pract. crim. §. homicidium, n. 134.* Alii quoque asserant, consuetudine longava in Romano Imperio introductum esse, ut tales mulieres vivæ defodiantur, & stipite peracuto transigantur. *Wesemb. in parat. ff. ad Leg. Pompei. de parricid. n. 5. vers. hodiè tamen.* In quam sententiam inclinare

nare videtur Imper. Carolus V. in *Constitut. crim. art. 131. in pr. Dittel post Weichbild. tit. von Incest. mit dem Ehebruch col. 3. vers. extrencken oder lebendig begraben / col. 4. vers. vnd also nach Art vnd Gebrauch dieser Lande / fol. 150. col. 2. Aut. Consul. Saxon. tom. 1. part. 4. quæst. 17. n. 3. quæst. 76. sub fin. privl. Dan. Moller. ad Const. 1. Elector. 3. part. 4. num. 16.*

26 Nil tamen verius est, quàm quòd matres ob parricidium in propriam sobolem commissum cum quatuor supra dictis animalibus, videlicet cum cane, simia, vel ejus loco sefe, gallo gallinaceo & serpente culeo insuantur, & in aqua suffocentur, vel si flumen propinquum non sit, supplicio Rotæ puniantur. *l. 1. vers. sed & mater ff. ad Leg. Pompei. de parricid. l. un. C. de his qui par. vel lib. occider. Constit. Elect. 3. part. 4. in verb. Die Eltern ihre Kinder: Quam Scabini omni tempore secundum generalitatem verborum etiam de matribus liberos suos necantibus interpretati fuerunt. Auth. Consul. Saxon. tom. 1. part. 4. quæst. 17. n. 1. vers. denn etliche sprechen / n. 2. & n. 5. vers. wir sprechen.*

27 Idque teste praxi quotidianâ certò certius est. Neque hâc vniâ aut commiserationem ullam meretur imbecillitas sexus muliebris, quippè quòd delicto pœna semper debeat correspondere: Hæc enim si unquam aggravanda; certè gravissimum supplicium pro infanticidio imponendum erit, quod uti crudelissimum, ita & pessimo ac nefando hoc seculo frequentissimum est. Quid namque crudelius, quàm ad evitandum vituperium ex crimine leviori fornicationis contractum, gravius crimen parricidii committere! quid horribilius, quàm contra affectionem, amorem naturalem, & jura sanguinis liberis suis impias manus inferre! Nilominus tamen, quod dictu horrendum, nullum ferè aliud crimè hoc seculo nefando frequentius committitur, ut totis illis duodecim annis, quibus Elector. Saxon. Scabinatus Lipsens. Assessor fui, ex variis actis criminalibus ad Collegium illud transmissis, colligere potui.

28 Notandum tamen, quod hoc casu, quo mater ob infanticidium perpetratum pœna culei vel rotæ, deficiente flumine, plectitur, imprægnator solum propter fornicationem pro arbitrio judicantis carcere puniri, neque hæc pœna ob infanticidium subsequutum, ut quod nec ipse commisit; neque auxilium ad hoc præstitit, in persona ipsius aggravari debeat.

Veluti ita pronuntiatum. Versus Altenbergk.
So viel aber den gefangenen H. K. anlangt / ob wol derselbe betannt vnd gestanden / daß er mit der gefangenen Christinen etlich mahl fleischliche Vnzucht vnd Hurerey begangen / Die weil aber dennoch auß den überfandten Inquisition acten nicht zu befinden / daß er an obbesagtem bender Kinder Mordthat schuldig / So mag auch darentwegen wieder ihn nichts fürgezommen / noch er über das allbereite erlittene Gefängniß / vor angezogener seiner Vnzucht halber mit fernere Straff belegt werden / sondern er wird der gefänglichen Hafft vff einen gewöhnlichen Dhrfrieden / b. sich entlediget. B. N. W.

30 *Ad requisitionem pr. facti, M. In'v, Anno 1606.*
It: An Andreas Pflügen zu Etern: So viel aber D. B. vnd H. W. anlangt / wofen sie der Bezüchtigung / daß sie nehmlichen mit der Gefangenen fleisch-

liche Vnzucht begangen / geständig / werden sie beydeste gestalten Sachen nach / weil sie bey diesem Kinders mord nichts gethan / noch darzu gerathen vnd geholfen / inmassen sie denn von der Gefangenen selber d. h. falls entschuldiget werden / derwegen vff 14. Tage oder 3. Wochen mit der Straff der Gefängniß belegt. B. N. W. M. Sept. Anno 1613.

1. Nach Plauen / An Schöffner / M. Mart. Anno 1588.
1. An Statt Richter zu Leipzig / M. April. An. 1596.
1. Nach Zadel / An Friederich Neschten / Mens. Jun. Anno 1631.

Additum tamen quandoq, ut Imprægnator ob scandalum datum extra districtum jurisdictionis a iure ob tempus se conferat, So wird er 3. Wochen lang mit Gefängniß gestrafft / vnd ihm darneben vntersagt / sich ewer Gerichte wegen des gegebenen Ergerniß / eine Zeitlang zu enthalten. An Rath zu Freyburg / M. Mart. Anno 1613.

32 Quod si tamen constet, Imprægnatorem mulierem a se imprægnatam infantem occidere, & sic infanticidium perpetrare iussisse, vel etiam opem ac auxilium huic delicto præstitisse, & parricidium promovisse, isque hoc ipsum confessus fuerit, nullum est dubium, quin & ipsemet ut socius criminis pœnâ ordinariâ culei afficiendus sit: *Tum*, quod hic ceu parens infanticidium matri persuadendo crimen parricidii commiserit; *Tum*, quod hâc pœnâ etiam teneatur qui auxilium & opem crimini huic præbet. *§. alia dein lex. 6. Instit. de publ. iudic. utrum 6. ff. ad Leg. Pomp. de parricid. Tiber. D. cian. in tract. crim. lib. 9. cap. 13. n. 6. 10. Pross. Farinac. part. 5. crim. prax. quæst. 120. n. 139. Petr. Plach. in epit. delictor. l. b. 1. cap. 22. n. 16. Menoch. de arbitr. jud. quæst. l. b. 2. cas. 356. n. 117. in addit. Bajar. ad Clar. in §. parricidium. n. 17. in fin. & num. 21.*

Hinc pœna culei dictata fuit M. M. qui mulieri a se imprægnata infanticidium persuadendo, ac postea occisum infantem sepeliendo ipsemet sese delicti compotem fecerat. An Statt Richter zu Borna / Mens. April. Anno 1623.

34 Quarta Ampliatio est, ut pater & mater simul hac pœna afficiantur, si nempe communi voto in hoc crimine consenserint, istudque conjunctim commiserint. Etenim si verum, uti verissimum est, quod plures ob unicum homicidium, cui voluntate & proposito occidendi interfuerunt, pœnâ gladii puniantur, siue interemptus unum tantum siue etiam plura vulnera habuerit. *Didac. Covarr. in rep. C. em. sifuriosus 2. part. releet §. 2. num. 3. de homicid. Iul. Clar. lib. 5. sentent. in §. homicidium. num. 37. Hippol. de Marsil. sing. 217. ad fin. Bartol. & Angel. in l. fin. ff. ad Leg. Corn. de sicar. Ludov. Carrer. in prax. crim. de homicid. §. 2. num. 68. & 75. Blanc de judic. l. un. 225. Gandin. in tract. malef. de homicid. num. 12. quid obstat, quo minus etiam plures ob unicum infanticidium pœna culei plectendi sint, si constet, ipsorum voluntate & opera istud fuisse perpetratum, præsertim cum rubrica *l. un. C. de his qui par. vel lib. occid. ut & Constit. Elect. 3. part. 4. de parentibus conjunctim in plurali numero loquantur.**

35 Et aliàs Iuris notissimi est, quòd plures delinquentes contra unum teneantur omnes in solidum. *l. si plures. 34. ff. de injur. Natta. cons. 79. n. 10. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. fin. quæst. 84. n. 7. Bald. in l. & si crimine C. de adult.*

- 36 Et sic utrosq; parentes patrem scilicet & matrem simul ob infantieidium commissum pœnâ culei ordinariâ plebendos esse pronunciarunt Scabini VVolfgg. Abrahamo à Schleinig in Dahlen / Mens. Febr. Anno 1583.
- 37 It: Praefecto in Seida, M. Majo, Anno 1592. Sic quando mater adjuvante aviâ infantem occiderat, utriusq; pœna culei fuit dictata. An Hansen von Bisnig / Mens. Jul. Anno 1595.
- 38 Quintò ampliatur prædicta assertio, ut nemo cujuscunque sit status & conditionis ab hac pœnâ culei accipiatur, sed nobiles pariter ac ignobiles eâ sunt afficiendi; Tum, quòd textus qui pœnam culei pro delicto parricidii imponunt, l. un. C. de his qui par. vel lib. occid. §. alia deinde lex, 6. Insti. de publ. judic. Const. Elect. 3. part. 4. generaliter & indistinctè loquantur, adeoque nec ullam prorsus distinctionem aut respectum personarum admittant, nec quempiam excludant, arg. cap. si Romanorum 1. circa medium. vers. dicendo verò omnia. dist. 19. l. Iulianus. 68. in pr. ubi Bartol. ff. de legat. 3. gloss. fin. in c. soluta 6. extr. de major. & obedient. Panorm. in cap. quoniam. fin. n. 15. extr. de prescript. Tiber. Decian. conf. 57. nu. 12. vers. quis enim lib. 1. Inson. in Auth. prater ea nu. 13. vers. & isto casu. C. unde vir & uxor.
- 39 Tum, quòd constituti in dignitate quâdam peccando gravius delinquant, adeoque & gravius puniendi sint, nec quiequam atrocitatis pœnarum ipsis remittendum, e homo Christianus dist. 40. tanto que gravius iudicandi, quanto maiori præeminuerint dignitate, quorumq; exemplo facilius alii poterunt ad similia provocari. c. cum quidam, ubi gloss. & Felin. n. 1. de jurejur. l. presbyteri. C. de Episc. & Cler.
- 40 Et quâvis uti aliâs receptum sit, ut Nobiles divites, & digniores mirius puniantur, quàm ignobiles & pauperes, id quod nec iustitiâ advertari videtur, l. Pedius. §. 1. ff. de incend. ruin. & naufrag. L.annonam. §. pœna ff. de sepulch. violat. l. aut damnatum. §. in ministerium ff. de pœn. l. sacrilegij pœna §. 1. ff. ad Leg. Jul. peculatus. Tiraquell. de pœn. temper. caus. 31. n. 1. Salycet. in l. servos num. 4. in pr. juncto vers. Si autem dubitas. C. ad Leg. Jul. de vi publ. Gramm. decis. 32. n. 2. Attamen id solam in pœnis arbitrariis verum est. non etiam in pœnis uniformibus & taxatis à Lege vel Statuto, in quibus non est habenda distinctio personarum. Bald. in l. nemo Clericus. n. 1. in 4. not. C. de Summ. Trin. & fid. Cathol. Salycet. in l. servos num. 4. C. ad Leg. Jul. de vi publ. Tiraquell. dict. caus. 31. n. 34. 35. Foller. in præct. crim. cap. 16. n. 18. Capoll. conf. crim. 39. sub. n. 24.
- 41 Adeoq; nec nobiles acerbitatem pœna infantieidij effugere posse, delicto hoc ab ipsis perpetrato, apparet ex Sententiâ Scabinorum. ad Consultationem Consiliariorum Mulicorum Dessavienfium, Ad. Iulio Anno 1582. It: Ad requisitionem Quæstorii Bitterfeldensis, Mens. Mart. Anno 1585. Quæstorii VVeidenfensis, Mens. Octob. Anno 1597. It: Ad consultationem Quæstorii Torgensis, M. Majo, Anno 1617.
- 42 Sextò ampliatur prædicta assertio in Avo & Avia, aliisque ascendentibus, qui eque parricidii & avus pœnâ nempè culei tenentur, si unum ex descen-

dentibus in infinitum interficiant, prout scribunt omnes in l. 1. ff. ad Leg. Pompei de parricid. & in l. un. C. de his qui par. vel lib. occid. teste Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 4. cas. 156. n. 51. Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 9. cap. 8. nu. 3. & 4. Jul. Clar. in §. parricidium. n. 3. vers. scias etiam. E. manuel. Soarez. in comm. opin. lit. P. n. 17. gloss. in §. alia deinde lex. 6. in verb. parentu. Institut. de publ. judic. Bonifac. de Vitalin. in tit. de parricid. num. 1. Prosper. Farinae. part. 5. prax. crim. quæst. 120. num. 109. Carrer. in præct. crim. in 3. tract. de homicid. & assass. §. 9. n. 1. Anton. Gomez. tom. 3. var. resolut. cap. 3. num. 3. vers. & licet nulla. Daniel. Moller. ad Const. Elector. 3. part. 4. n. 17. Matth. Berl. part. 4. concl. 6. n. 74. VVesemb. in parat. ff. de lege Pompei. de parricid. nu. 6. Iodoc. Damhouder. in prax. crim. cap. 87. nu. 1. Petr. à Plac. in epit. delict. lib. 1. cap. 12. num. 3.

Hoc ipso enim quòd l. un. C. de his qui par. vel lib. occid. §. alia deinde. 6. Institut. de publ. jud. & Const. Elect. 3. part. 4. pœnâ culei in parentes liberos vel filios necantes constituitur, avus & avia aliique ascendentes qui nepotes. reliquosq; descendentes occidunt, manifestè comprehenduntur, cum liberorum appellatione veniant, nepotes & reliqui omnes descendentes, cujuscunque sunt sexus. l. liberos 10. ff. de Senat. l. idem erit. 3. §. liberos autem. 6. ff. de assig. liber. l. liberorum 220. ff. de verb. sign. VValr. Zas. in tract. subst. cap. 6. sub rubr. conditio sine liberis, in pr. vers. & primo non est ignotum. Jacob. Menoch. lib. 4. præsumt. 189. n. 14. & conf. 1. n. 198. ibi; quia appellatione liberorum & n. seq. lib. 1. Jacob. Schultz. in addit. ad Modest. Pist. part. 3. quæst. 118. n. 1. 12. 13. Corn. conf. 230. n. 6. lib. 2. Dec. conf. 248. nu. 2. & conf. 253. n. 4. Curt. Jun. conf. 49. Alciat. respons. 563. nu. 1. Eman. Costia in c. si pater. in verb. si absq; liberis. n. 22. extr. de testam. in 610.

Et bene notanda sunt verba (aut omninò affectu) in d. l. un. C. de his qui par. vel lib. occid. Quibus nepotes significari videntur: ut quos solent avi ad eò singulari quadam affectione prosequi, ut eos appellent filios, dict. l. liberorum 220. ff. de verb. signif. Menoch. dict. cas. 156. nu. 52. Si ergò eadem vel etiam maior sit affectio avorum erga nepotes reliquosq; descendentes, quæ est parentum erga liberos, utique & eadem tenebuntur, avi & avia si contra eiusmodi affectionem peccent, & nepotes occidant. Præterea manifestissimus hæc de se est textus in l. 1. ff. ad Leg. Pom. de parricid. in verb. Et avus qui nepotem occiderit.

Hancq; sententiâ in pronunciando omni tempore observarunt Scabini respondentes ita Senatui Dresdensi, Mens. Jun. An. 1582. It. An Hansen von Bisnig / M. Jul. An. 1595. An die Stadtgerichte zu Wurzen / M. Mart. Anno 1600. Ad requisitionem Praefecti VVeissenfeldensis, quum avus nepotem ex stupro filia procreatû, interfecerat, M. Decemb. Anno 1630. It: Versus Rindelbrück / ad Senatuum Mens. Jun. Anno 1613. Et ebenwerde / an Nasti / Mens. Nov. An. 1615. Wügelin / Ad consultationem Quæstorii, Mens. Majo, Anno 1620.

- 46 SEPTIMA AMPLIAT. Parentes denique pœnâ parricidii ordinaria, culci nimirum vel Rotæ deficiente copiâ fluminis, afficiendi sunt, sive palam sive etiam clam & quocunque modo liberos occiderint. l. un. C. de his qui par. vel. lib. occid. §. alia deinde. 6. Instit. de publ. judic. Decian. in tr. crim. lib. 9. cap. 8. n. 7. 8.
- Etenim quò immanes ac barbari parentes cõtra ipsum naturæ instinctum & plusquam feraciter agant, mille tanè media ipsis non desunt, & quidem crudelissima, quæ infanticidii crimen per se atrocissimum graviore atrocitate aggravant. Quibuscunque igitur modis mortem liberorum procuraverint parentes, parricidii pœnam ordinariam incurrunt. Sive liberos suffocaverint, manu, supparo, aliavè re os sive nasum cooperiendo, eoque modo ipsos aere privando.
- 47 *Veluti in tali casu pronüciatũ versũ Freyburgẽ / Ad Senatũ. Mens. Majo, An. 1592.*
Sckendig / Ad Quæstorem M. April. An. 1597.
Döltigsch / Ad Quæstorem, M. Aug. An. 1603.
It. Ad eundem, M. Febr. An. 1617.
Dlshitz / Ad consultationem M. Nicolai Schnauders / Mens. Febr. An. 1618.
Burgen / Ad Quæstorem. Mens. Majo, An. 1621.
- 48 Sive digitum, linteum, lignum, cineres aliaf-
 vè in os infantis immittendo.
*Vti responsum, Ad consultationem Iosephi Aln-
 peckens in Großharmansdorff / Mens. Octob.
 An. 1595.*
*Versus Greiffstãde / Ad Gerhardum Steinhau-
 sen / Mens. Octob. 1599.*
Dresdam, Ad Quæstorem, M. Jul. An. 1606.
*Ad consultationem Alexandri à Wiltitz / Mens.
 Mart. An. 1609.*
Weissenfels / Ad Præfectum, M. Nov. An. 1610.
Freyburgẽ / Ad Senatũ, M. Mart. An. 1612.
*Stolpen / Ad Præfectum Paulum Pein / Mens.
 Mart. An. 1613.*
*Bünzlau / Ad Consules & Senatũ Mens. Ma-
 jo, An. 1619.*
*Versus Augustusburgẽ / Ad Quæstorem, M. Au-
 gust. An. 1628.*
- 49 Aut etiam infantem lecto vel stramini sup-
 ponendo.
*Ad requisitionem Præfecti Pegaviensis. Mens.
 Sept. An. 1582.*
Quæstoris Bitterfeldensis, M. Mart. An. 1585.
*Iosephi à Chelers in Porschappel / Mens. Julio,
 Anno 1588.*
Quæstoris Ilenburgensis, M. August. An. 1597.
*Ad consultationem Iohan. VVolfgangi à Pon-
 ckavv. Mens. Febr. An. 1599.*
H. ab E. Mens. Novemb. An. 1618.
Prætoris Lipsensis. Mens. Januar. An. 1620.
- 50 Aut si parentes liberos necaverint, cultro eos
 maciando vel collum absciendendo.
*Veluti responsum versus VVittenbergam ad
 Quæstorem. Mens. Jul. An. 1600.*
*Freyburgẽ / Ad Quæstorem Mens. Majo, Anno
 1601.*
*Liebenverdam, Ad Senatũ Mens. April. An.
 1617.*
- 51 Vel manibus crudelissimè discerpendo, iugu-
 lando, cerebrum excutiendo, & contrucidãdo:
Vti pron. Præfecto in Eitnurgẽ / M. Sept. An. 1584.

- Quæstoris in Eckartsberga. Mens. Aug. An. 1585.*
Quæstoris in Liebenverda, M. Octob. An. 1594.
Prætoris Lipsensi. Mens. April. Anno 1596.
Senatus in Hain. M. Novemb. Anno 1598.
Quæstoris in Schleben / M. Majo, An. 1599.
Quæstoris in Lauchstãdt / Mens. Febr. An. 1601.
Quæstoris in Augustusburgẽ / M. Jul. An. 1602.
Eidem Mens. Jun. An. 1608.
Præfecto in Wendelstein / M. Jun. An. 1610.
Præfecto VVeissenfelsensi, Mens. Jan. An. 1612.
Ioachimo à Schleintz / Mens. Febr. An. 1616.
Ioachimo Rosen / M. Junio, An. 1618.
Senatus Chemricensi, Mens. Jan. Anno. 1627.
 Aut infanti insidendo eumque totis viribus 52
 comprimendo.
*Versus Hohenstein / Ad Quæstorem Mens. Jul.
 Anno 1515.*
Bitterfeld / Ad Quæstorem M. Nov. An. 1616.
Sangerhausen / an Rath / Mens. Jul. An. 1619.
 Vel pedibus infantem calcando & compri- 53
 mendo.
*Vti responsum ad requisitionem Quæstoris in
 Betschlingen / Mens. April. 1591.*
Quæstoris in Hartenstein / M. Jun. An. 1598.
Præfecti VVeissenfelsensis, M. Mart. An. 1600.
Præfecti in Delsnitz / M. Decemb. An. 1606.
Quæstoris Coldicensis, M. August. An. 1609.
Præfecti in Hartenstein / M. Nov. An. 1627.
*Consulum & Senatũ in Radebergẽ / Mens. Jun.
 An. 1628.*
 Vel infantem dum adhuc vivit in aquam, flu- 54
 vium, vel puteum proiciendo.
Quæstoris Scandicensis, M. Junio, Anno 1583.
Præfecto Ossiensensi, Mens. Jun. An. 1599.
Nobilibus à Burm / M. Majo, An. 1602.
Præfecto Mühlbergensi, M. Septemb. An. 1608.
*Prætoris & Scabinis in Reichenbach / Mens. Aug.
 Anno 1612.*
*VVolfgango Theodorico Truzschlern / M. Jan.
 An. 1612.*
Præfecto in Endorff / M. Mart. An. 1618.
Prætoris & Scabinis Dresdẽnsis, M. April. A. 1626.
 Vel manibus, lignis sive lapidibus percutiẽdo. 55
*Ad consultationem Præfecti in Sittichenbach /
 Mens. August. An. 1584.*
*Georgiũ à Schleintz in Rodegast / Mens. Octobr.
 Anno 1600.*
*Consulum & Senatũ in Zsopato / Mens. Jan. An.
 1622.*
Quæstoris in Rosten / M. Octob. An. 1625.
Quæstoris in Ostra. Mens. Jun. An. 1626.
Senatus Bitterfeldensis, M. August. An. 1591.
 Vel etiam infantis collum seu cervicem in- 56
 fringendo.
*Veluti pronüciarunt Domini Senatui Hertz-
 bergensi, Mens. Jan. An. 1582.*
Præfecto Lutzensi, M. Febr. An. 1582.
Friderico Rudolpho in Wistãdt / M. Oct. An. 1599.
Sculteto in Eythern / M. Novembr. An. 1606.
Sculteto in Gröbitz / Mens. Septemb. An. 1606.
Sculteto in Raufitz / M. Mart. An. 1607.
Quæstoris Coldicensis, M. August. An. 1609.
Quæstoris in Weissensee / M. Januar. An. 1611.
Senatus in Kindelbrügk / M. Jun. An. 1613.
 Vel proiciendo vivum infantem in cloacã. 57
Senatus Annebergensi, M. Julii Anno 1601.

Pratori Lipsensi. Mens. Mart. An. 1605.

Quastori VViderensi. M. Octob. An. 1597.

Aut eijciendo per fenestram.

58 An Caspar von Miltigen zu Bläncha 1 Mens. Ianuar. An. 1606.

59 Vel proiciendo vivum infantem in fornacem igneam.

Ad consultationem Pratoris & Scabinorum Iudicij Electoralis in Züllichaw. M. Ian. An. 1600.

60 Et quod horribile, vivum infantem terra obruendo & sepeliendo.

Ad requisitionem Quastoris in Seldal. Mens. Majo. An. 1592.

Quastori VVittebergensi. M. Febr. An. 1607.

Præfetto VVeissenfelsensi. M. Octob. An. 1591.

61 Imò quod horribilissimum, canibus vel suis vivum infantem ad devorandum obiciendo.

Versus Loibus an Richter vnd Schöppen. M. Majo Anno 614.

Ad consultationem Wengel Weiwegkensis in Zörbigk. Mens. April. Anno 1595. In qua tamen sententia adjudicata fuit delinquenti poena gladij, eo quod non certo constat de corpore delicti.

Certe horrenda sunt hæc facinora, quæ unumquemque obstupescere possent. Ego sanè mallem hæc conticere, quàm talia & tam detestanda crimina proferte, sed cum barbari parentes hæc facere non erubescant, quis mihi vitio vertet, eiusmodi facta horrenda, quæ poenam parricidii ordinariam meruerunt, referre quò horror incutiatur huiusmodi facinora audientibus.

62 Notandum tamen, ea quæ hæcenus dicta fuerunt de poena Culei in parentes liberos necantes constituta, solùm obrinere eo casu, quo parentes occidunt liberos propriè sic dictos, non etiam si Privignum, Privignam, Generum, vel Nurum interficiant, qui improprie liberi vocantur.

Q. 8. Quam sit poena parentum occidentium Generum, Nurum, Privignu, vel Privignam?

Quamvis enim non desint, qui poenam culei quoque ad hunc casum extendere velint, Trib. Decian. in tract. crim. lib. 9. cap. 8. n. 6. lac. Meno. b. lib. 2. arbit. quæst. cent. 4. casu. 356. n. 68. Prosper. Farinac. part. 5. prax. crim. quæst. 129. nu. 111. Matth. Berlich. part. 4. concl. 6. n. 78. Matth. Coler. decis. 157. part. 1. & ibi Jacob. Schult. in addit. n. 7. Daniel. Moller. ad cons. Elector. 3. part. 4. n. 13.

63 Illis tamen nequaquam assentiri possum; Ne scilicet durior poena sit Vitrici vel Novercæ, necantis privignum aut privignam, quàm si hæc velille vitricum vel novercam occidat; quo casu poenam Culei cessare, dictum quæstione precedenti. Quod enim juris quoad poenam in Privigno, Privigna vel Genero occidente Vitricum, Novercam, aut Socerum, idem juris quoque obtinet in hisce necantibus privignum, privignam, generum & nurum, ob naturam correlativorum l. fin. ff. de acceptat. Bald. in l. nemo Martyr. & in Auth. quas actiones, C. de SS. Eccles. Ideoque; & argumenta quæstione precedenti pro confirmanda hac assertione prolata hæc repetenda sunt.

64 Imprimis verò ponderandum hoc, quod parentum & liberorum appellatione, Vitricus, Noverca, & Privigni, propriè loquendo, non comprehendantur, multò minus verò Socer, Gener,

Nurus &c. hoc nomine veniunt, qui omnes invicem affinitate sunt conjuncti, & affines quoque appellantur. §. item amitam, & affinitatis, & seqq. Instit. de nupt. l. 4. §. 5. & seqq. l. 10. §. sunt & ex lateribus. 8. & seqq. ff. de gradib. & affin.

Arbitratur quidem Decian. dict. cap. 8. num. 6. 65 Vitricum & Novercam occidentem privignum & privignam poenam culei propterea teneri, quo ipsis præcipiatur occasio lavendi in privignos: odio namque privignos habere præsumuntur Vitricus & Noverca l. 4. ff. de inoff. testam. l. 1. ubi glos. C. ubi pupil. educ. deb. Crav. cons. 142. n. 18. Sed unde probabitur hoc, quod in jure nullibi fundamentum, adeoque nec abique lege temerè esse verandum est. l. dissentientis. §. ubi nulla juris præcipit constitutio & C. de repud. captis qui in Ecclesia. 18. in fin. pr. ext. de sent. ex com. in 610. Hartm. Pistor. quæst. 1. n. 100. q. 13. n. 35. lib. 2.

Cessante itaque poena culei asperissima in Vitrico, Noverca & Socero occidente privignum vel generum &c. existimo hæc personas ob parricidium commissum poena gladij plectendas esse, ita tamen, ut in exemplum aliorum Iudicij aliquo modo gravius animadvertere liceat, veluti ut cadaver post executionem Rotæ affigatur, vel parricidii Reus, antequam gladio puniatur, triax illigatus ad locum supplicij raptur, quo supplicij genere parricidium in affinibus (quorum nomine etiam veniunt privignus, gener & nurus) commissum coerceri iubet Constit. Elect. 3. in fin. part. 4. Idemque asserit Lo- han, Harpr. in §. alia deinde, 6. num. 24. Instit. de publ. jud.

Eamque poenam dicunt Scabini A. R. qua privignus suam nocaverat. hisce formalibus.

So möchte sie wegen solcher an ihrer Stieff Tochter begangnen und bekandten Mißhandlung / weil sie selbst gestanden / daß sie ihrer Stieff Tochter / als dieselbe allbereit von dem Treten und Stößen / so sie von ihr in Rücken bekommen / drey Stußen hinab ins Haus gefallen / und liegen blieben / noch einmahl mit dem Fusse in die Seiten getreten / drauß dann / daß sie bößlich / und vorsehlischen dasselbe verübet und gethan / gungsam abzumachen und zuvermischen / Weil sonderlich die verendete Zeugen von ihr der Gefangnen auch dieses berichten / daß sie ihre Stieff Kinder mit Essen und sonst übel gehalten / und sehr pflegen zuschlagen / zur Nächstadt geschleiffet / und solgens mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gestrafft werden B. N. W.

Ad requisitionem Senatui Sangerhusani, Mens. Jun. An. 1616.

Eadem sana dictata fuit O. K. qui privignam suam veneno interfecerat: So möchte er derowegen / daß er gedachten seinem Stieff Kinde mit Gifft vergeben / zur Heimstadt geschleiffet / und alsdau mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gestrafft werden B. N. W.

Ad consultationem Georgij à Schleinitz in Radegast. M. Aug. An. 1602.

Sic & noverca cuidam privignum suum occidenti poena gladij fuit adjudicata cum impositione cadaveris in Rotam: So möchte sie von wegen solcher an ihrem Stieff Kinde begangnen und bekandten Mißhandlung / mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gerichtet und der Körper nachmals andern dergleichen zum Abscheu auff ein Rad geleyet / und geslochten werden B. N. W. Versus Arnstadt. An die Gräffliche Schwarzburgische Befehlshabere / Mens. August. An. 1597.